

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Critias, vel, Atlanticus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

tione animal avidum generandi, quando procul à fœtu per atatis florem, aut ultra diutius detinetur, agre fert moram ac plurimū indignatur: passimq; per corpus oberans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustijs, morbis deniq; omnibus premit, quousq; virorumq; cupido amorq;, quasi ex arboribus fœtū fructumve producunt: ipsum deinde decerpunt & in matricem velut agrum inspargunt: hinc animalia primum talia, ut nec propter parvitatem videatur, necdum appareant formata, concipiunt: mox quæ conflauerant, explicant, ingentia intus enutriunt, demum educunt in lucē, animaliumq; generationum perficiunt. Mulieres hūc in modum & fœmina omnes sunt genita. Auuum autem genus ex nostro ita est apte formatum, ut pro pilis pēnas acciperet. In hoc illi homines transeunt, qui simplices & innocentes cū sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: quæ adeo fatui sunt, ut oculorum iudicio confisi, hoc altissima quæq; firmiter demonstrari posse non dubitent. Gressibilium verò ferarum genus ex his natum hominibus, qui à philosophia penitus alieni ad cœlestia nunquam oculos erexerunt, ex eo quod volutionibus illis, quæ in capite peragi solent nisi nunquam sunt, sed illas animæ partes secuti quæ in ventre & pectore dominantur. Ex his utiq; studijs anteriora membra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus deflexerunt: in longum productum ac diuersum corporis verticem tenuere: quandoquidem ibi propter desidiam singulorum collisi sunt & contracti circuitus, & ideo quod quattuor pedum ac etiā plurium est instituta figura, ut insipientioribus deus maiorem ex pedibus multis atq; progressu occasionem præsteret, per quam magis etiā defleantur ad terrā. Eos autē qui horum insipientissimi erant, corpusq; in terram penitus prosternebant, quasi nihil ultra pedibus opus foret, in corpora carentia pedibus, & humi serpentina permutarunt. Quartum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformatores pura respirazione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extreme transgressionis iniquitatem animā impurissimā prorsus habebant. Ideo ex tenui ac pura aeris illa respirazione, in aquæ respirationē profundā turbidāq; miserunt. Unde pisciū et ostrearum ac deniq; aquatiliū orū ortā est multitudo: in qua certē mutatione illi ex se diu extremarū habitatione inscitia quoz; extrema dant pēnas. Hunc in modum & olim & nunc in se inuicem animalia migrant, dum mentis et dementia iactura vel adeptione mutantur. Iam igitur nostra hæc de vniuerso disputatio finem habeat. Mortalia. n. et immortalia viuētia mundus hic sortitus, atq; inde cōpletus, ita deniq; factus est visibile visibilia cōprehēdēs animal, intelligibilis dei imago, sensibilis, maximus, interminatus, pulcherrimus, perfectissimus cœlum unum hoc atq; vniuentum.

C R I T I A S , V E L , A T L A N T I C V S .

M A R S I L I I F I C I N I A R G V M E N T .

P L A T O noster officiosissimus patriæ suæ filius laudauit eam in Menexeno ex rebus contra orientales, laudat rursus in Critia ex rebus contra occidentales strenuē gestis. Atque vtrouique

commendat ex multis, tum dei, tum naturæ artisque muneribus: simulq; commonefacit omnes ne patriæ sint ingrati: ac dum virtutem Atticam tam orientem quam occidentem plagam superasse commemorat, interea docet & omnia domari virtute, & viros virtute præditos, tum in occidentibus, id est rebus aduersis, tum in orientibus, hoc est secundis recte feliciterq; se gerere. Nec iniuria post Timæum de mundi generatione, legi vult Critiam de antiquitate mundi. Videatur autem neque huic historiæ finem imposuisse, neque sequentem historiā sub Hermocratis titulo promissam composuisse. Hanc autem non fictam quidem, sed veram historiā extitisse, constat. Primo quidem, quia vbiunque fingit aliquid, solet fabulam nominare. Hic verò tanquam historiā audet asserere. Deinde idem omnino asserit in Timæo, appellans rem miram quidem, sed omnino veram. Et à quibus accepta sit diligenter vtrouique recenset, scilicet à maioribus suis atque gentilibus. Critias enim hic ab auo Critia, ille verò à Solone patre suo, qui literis quoque mandauit, Solo ab Aegyptijs sacerdotibus. Præterea Proclus Marcelli cuiusdam de rebus Aethiopum adducit historias, in quibus hæc manifestissimè confirmantur Aethiopum rebus gestis inserta. Et si Platoniorum nullus historiā negat, Porphyrus tamen, Proclus, & ante hos Origenes, allegoriam insuper volunt physicam continere. Quos equidem vereor ne si conentur singula allegoria ad vnguem accommodare, ab ipso Platone derideantur, in exordio Phædri curiosus nimium in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridente. Verum ne Anagogicum sensum, quo prorsus neglecto nemo sit Platonius, omnino negligere videamur, Pallas quidem sit numen intellectu ali vitæ præsidens, Neptunus verò numen fouens generationem atque gubernans. Athenienses figuræ sint animarum intellectu solo viuentium, numinumq; similitum. Atlantici verò figuræ numinum generationi fauentium, animarumq; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusque ornatum. Conuenientissimè verò per occidentem, per mare, per insulas, per varias locorum partitiones, ipsa generationis materia mobilitasque diuersa significatur. Bellum præterea sit studiosa contentio, per quam superiora numina, inferiora assidue in se conuertunt, & animas quasi ferro & igni à materia motūque segregant. Proinde quod Neptunus ex muliere filios procreauit, intellige vel ex terra genuisse, vel afflatu quodam ex priori viuendi forma in alteram formam regenerasse. Quinque verò partus, quinque sunt formæ corporum, quas in hoc materia mari perpetua agitatione componit, scilicet lapides, metalla, plantæ, animalia partim ratione carentia, partim prædita ratione. Decem verò filij sunt, quolibet enim partu gemini concreantur. Nempe in quouis composito elementalis coalescit virtus, simulq; virtus quadam cœlestis infunditur, quam medici virtutem nominant specialem. Ex geminis autem quinque partibus decem filij computantur. At quinque zonæ siue spiræ arcem Neptuneam circumdantes, quinque sunt sphaerarum naturæ, cœlestis, ignea, aerea, aquea, terrea. Partim verò terrenas ait, partim aqueas, ut statum in rebus significaret & motum. Communis verò per omnes meatus, mutua inter se rerum significat genituram. Commemorat & metalla, ut per septem metalla, septem planetarum influxus intelligamus, generationem omnium moderantes. Aurum quidem Soli, Argentum Lunæ, Plumbum Saturno, Electrum Ioui, Ferrum & es Marti, Veneri Ori-chalcum, Mercurio Stannum Platonici tribuunt. Mensuræ verò earumq; numeri partim ex historia, partim ex architecturæ ratione ducuntur. Nihil tum operis, tum eloquij gratiæ decoriq; attrahendum. Sed de allegoria sermō iam satis. Iam verò sic libri huius mysteria confirmemus. Platonici deos quidem alios, ut eorum verbis vtar, supercælestes, alios verò cælestes, & alios subcælestes esse putant. Et primos quidem filios dei, sequentes verò omnes deorum filios nominant. Rursus in primis amplissimam providentiam, in secundis minus amplam, in tertijs ad angustiora redactam collocant, vtpote qui iam certis terræ plagis rerumq; generibus diuina distributione præsent: quemadmodum & cælestes alij, alijs cali partibus stellisq; præpositi. Hi ergo subcælestes dij certo quodam ordine, alij gentes alias gubernandas ab initio susceperunt. Ab initio inquam vel geniti mundi, vel generis humani regenti. Siquidem post ingentes terreni orbis illuiones, Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra veluti matre diuinitus generari. Possent illos gignere: per ideam videlicet humanam quasi semen. Possent & terram parere, nouo abundanteq; humore persusam, & accedente calore fecundam, siue post aquarum colluiones sequantur tepidi soles, siue post uasta quædam incendia pluuiæ vberius affluant. Homines verò à dijs è terra progenitos, Heroes nominant, qui à parentibus occulta quadam mentis ad mentem persuasionē recti ab initio multa per secula fuerint. Quoniam verò longo temporum tra-

Metalla  
Planctis di  
cata.

Etiam diuina virtus ingenij instat, quam terra fecunditas minuit paulatim: unde & animi diuinitatis omnino expertes, & corpora antiquae fecunditatis vacua prorsus euaderent: Deus iterum terram, vel diluit, vel incendit, genusque nostrum in antiquam restituit dignitatem, caelestibus videlicet motibus sic à motore temperatis, ut caeleste fatum semper cum prouidentia diuina concurrat. Profecto quemadmodum medici de quolibet humano corpore, ita Platonici de toto genere iudicant. Medici enim aiunt, vitam in naturali quodam humore, & tanto & tali consistere, posseque perpetuo prorogari, si modo & quantus ille instaretur & qualis: non prorogari vero, ubi non talis refluit, qualis effluerat, & si tantus. Perinde ac si quis ex dolio vini pleno impleat quotidie pateram, statimque dolio, aquae tantundem infunderet. Sic enim continuè aequalis in dolio esset humor, sed non similis, dissimiliorque: quotidie, donec tandem ex mero iam non aequum vinum tantum, sed aqua prorsus euaserit. Similiter Platonici diuinam fecundamque qualitatem et ingenio à dijs humano, & corpori à caelo quondam infusam, paulatim putant in qualitatem humanam verti, humano hoc subiecto eam naturaliter ita trahente, donec sensim ad ferinam usque degeneret. sed degenerationem tantam non posse à Deo rerum ordinatore perpetuo tolerari. Quod autem Plato deos diuersas sortes fuisse nactos, & hic & alibi sepe ait, intellige illos vni summo sortes distribuendi parere, atque necessario assignatam prouinciam gubernare. Sed necessitatem in diuinis esse penitus voluntariam. Si quidem apud eos vna est patris summi filiorumque voluntas. Atqui sicut elementorum partes ea necessitate ad loca propria perferuntur, quae & voluntas futura est, si modo cognouerit: sic apud superos ipsa gubernationis assignatae naturalisque effectus & necessitas idem est atque voluntas. Præterea quod & hic, & in Timæo & Menexeno Atticam regionem esse ingenij inquit in primis accommodatam, meminisse oportet in rationibus hac de re assignandis inter se Platonicos disidere. Panætius enim temperiem aeris inter æstum atque gelu causam arbitratur, idque ex ipsis Platonis verbis in quinto Legum, & Epinomide probat. Panætium Longinus arguit, quia regio illa sepe gelu atque estu pulsetur, assignatque in causa qualitatem loci commixtam ex nullis atque occultam. Quem reprobat Porphyrius, quod propriam ingenij causam esse putet corpoream. Origenes in commentarijs in Timæum caelestes aspectus influxusque assignat, id ipsum ex octauo de Republica asserens, ubi dicitur, caelestes quosdam circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis, tum corporum, tum etiam animarum. At Origenem Proclus ibidem ait veram quidem ex parte causam assignasse, sed nondum integram perfecisse. Ipse vero vna cum Porphyrio rem alitius repetens ait: Intellectum opificem mundi intellectualem esse mundum, ideoque quasi multiplicem. Animam vero mundi esse animalem rationalemque mundum magisque multiplicem: atque proximè adesse vniuerso mundi spatio continuo prorsus atque immobili, ex materia prima & dimensione constanti. Rursus in ipso spatio ante omnes quae generandae sunt formas, animam ex rationibus suis ideas sequentibus, alibi alias vires imprimere, quasi animae mentis plenae vestigia, ac peculiaris quaedam receptacula formas alibi alias familiariter susceptura. Tum deos varios varias sortitos prouincias: eiusmodi hostitia illustrare, alia quidem alios, atque formare. Animas ergo rationales, postquam elementalem vitam, propriamque elegerint, si forte reuolutione caelesti ad ea loca praeter ceteris dirigantur, quae electae iam viuendi formae potissime congruant, vitae ipsius officium prorsus implere. Itaque quando ad Martiam vel Apollineam vergentes vitam, mox plagam à Marte, vel Apolline illustratam nanciscantur, perfecta vel fortitudinis, vel vaticinij opus absoluerit. Quae vero philosophicam vitam elegerint, si regionem aflatam Pallade, sapientia magnanimitateque simul excellere. Itaque hic & in Timæo inquit, Atticam regionem rectam à Pallade sapientiae atque militiae conuenire: & in quinto Legum ait inspirationem localium deorum atque demonum circa loca, maximi ad ingenia et mores esse momenti. Requirit verò nonnullam aeris temperantiam, non ut causam, sed ne cause ipsius opus impediatur. Quamobrem loci huius diuersitas non tam efficit diuersitatem ingenij apud Platonicos, quam suscipit & declarat. Tria enim esse putant ad id potiora elementali loco, scilicet tum animae ipsius affectionem siue naturalem, siue electam, tum inspirationem numinum propriorum, tum caelestes influxus: posse verò id impediri, vel elementali mixtione, vel planetarum noua coniunctione, vel ab ipsis hominibus illata calamitate: & quae bona desuper infunduntur, inferiorum obstaculo reddi non bona. Qua de re in Legibus disputauimus. Sed de his iam satis. Ex omnibus autem huius libri mysterijs collige vna cum prouidentia concurrere humani arbitrij libertatem. Collige & sententiam Mosaico mysterio similem, homines quondam quandiu in eis diuina quaedam gratia iustitiaeque innata vigeat, beatos in quo-

dam, ut aiunt, deliciarum paradiso vixisse. Postquam verò per in temperantiam & superbiam gratia illa euannit, in scelera simul & calamitates grauissimas incidisse. Deum autem aquarum diluio peccata hominum diluisse. Quod verò haec historia deest, potest summatim ex Timæo proemio resarciri. Est autem historia de rebus gestis ante diluuium. Post verò diluuium narraturus, ut arbitror, erat Hermocrates. Neque te turbabunt nouem illa amorum milia, si Eudoxum audieris dicentem annos illos Aegyptiorum non solares fuisse, sed lunares. Vltima tandem huius libri sententia docet, Iouem. i. Deum architectum mundi è sua sede. i. ex suis suis intuitu remotissima quaeque minimaque prospicere, atque ad eandem sedem. i. diuinam contemplationem deos omnes subditas sibi conuertere, vnde instructi inferiora gubernent. Neque vicissim duo haec illos agere, imò verè assidue contemplando diuina, per illa simul temporalia dispensare. Hanc ipsam sedem ideo medium mundi appellat thronum, quia & inde tanquam à centro effluunt omnia, & illuc reflunt, & illinc facile cuncta circumspiciuntur atque reuoluuntur.



VAM grata longum post iter defesso quies, o Socrates, tam mihi post longas disputationis ambages, dulce siletium. Mundum autem hunc re quidem ipsa iudicium, sermone verò nuper deū effectū, obsecro, ut si quid rectè dictū est, seruet ipse nobis atque custodiat: sin autem indecens quicquid in superioribus non sponte protulimus, meritis à nobis exigat poenas. Debita verò eius qui per ignorantiam negligentiamue errauit, poena est, ut sciens et diligens efficiatur. Quobrem ut posthac rectius de eorum generatione loquamur, medicinam nobis à deo medicinarum omnium perfectissimam saluberrimamque dari scientiam exoptamus. Atque denique votis sequentem disputationem Critiae, ut inter nos conuenerat, iure concedimus. CRIT. Accipio equidem o Thimae, & quā tu supra venia petisti tanquam de rebus magnis disputaturus, eandem ego nunc peto. Imò verò maiorem quoque veniam in ijs quae restant tribuendam existimo: quanquam scio procacem quodammodo rusticamque petitionem hanc meam videri posse. Dicendum tamen. Quod quidem non rectè abs te superiora dicta sint, nemo sana mentis obiecerit, quod autem quae restant dicenda, utpote difficiliora, maiore exigant indulgentiam, conabor ostendere: quandoquidem facilius apparet, ut qui de dijs differit, satius facere hominibus videatur, quam qui de mortalibus. Imperitia namque et ignorantia audientium magnam copiam ad ea quae ignorata sunt, effingenda, praestare dicentibus consuevit. Quo nero sumus circa deos affecti, non ignoramus. Ut autem quod sentio planius vobis aperiam, sic attendite. Quaecumque à nobis dicuntur, tanquam imitationem quandam similitudinisque expressionem existimare debemus. Neque nos latet quae in pictorū effectione circa diuina humanae corpora vel facilitas vel difficultas sit, ad hoc ut sufficienter ea representasse spectantibus videantur. Profecto cū terrā pingunt & montes, flumina, sylvas, caelumque omne, quae uerè circa caelum consistunt et quae vagantur, primū quidem satis putamus factum, si quis vel exiguam quandam referre possit eorum rerum imaginē, deinde utpote talium prorsus ignari, ne examinamus quidem pictorum opera, neque et redarguimus, sed confusa quadam adumbratione fallaciam vitimur. Cū verò quis fingere aggredditur nostrorum corporū similitudinem, tunc propter familiarem ipsam rerum nostrarum animadversionem acutius errat a presentibus, seuerique et acres indices exactoresque sumus aduersus eum qui non singula lineamenta coloresque expresserit. Idē quoque in sermonibus intueri licet. Nā satis esse putamus, si de

de cœlestibus diuinisq̄ rebus quicquam, vel parum quod conueniens est asseratur. Mortalia verò humanaq̄ opera exactè nimium examinare solemus. Quamobrè si minus pro dignitate q̄ statim sunt dicenda, tractabimus, ignoscere decet. Neq̄. n. facile, imò certè difficile mortalia ad opinionem imitatione ipsa exprimi posse putanda sunt. Hec itaq̄ omnia dixi, o Socrates, cupiens & vos admonere, & maiorem à vobis veniã ad ea quæ restant, expetere. Vos aut̄ si iusta petere videor, vltro hanc veniam largiamini. s. o. c. Nihil obstat, o Critia, quo minus tibi quod postulas tribuatur. Quinetiã Hermocrati hoc idè à nobis tertio datur. Constat. n. hunc paulo post cum dicturus erit, eadè precaturum. Vt igitur aliter exordiat, neq̄ eadem cogatur repetere, sciat veniam sibi esse tributam: & quasi id constet, ad dicendū protinus accingatur. Prædico aut̄ tibi, o amice Critia, iudicium auditorum. mire. n. poeta qui antè dixit, persuasit. Quapropter admodū tibi venia opus erit, si ea sufficienter es cõprehensurus. HER. Idem mihi, o Socrates, quod & huic nunciã. Ceterum segnes pusillanimesq̄ nūquam palmã consecuti sunt Critia. Sermonè igitur aggredi fortè aõ decet, ac Phœbo Musisq̄ vocatis, antiquos ciues, excellentes viros, summis laudibus illustrare. CRIT. O amice Hermocrates, quia postera tibi dies assignata est, dicentemq̄ alium es secuturus, idè cõfidis. Quale verò id sit, ipse forsitan declarabit. Exhortãti itaq̄ tibi, & ad rem ipsam penitus inflãmanti parendū. Ac præter deos, quos tu memorabas, alios insuper inuocare decet, præcipueq̄ Mnemosynè. i. memoriã: in qua dea præcipua orationis nostræ momenta sunt sita. Nempe si sufficienter meminerimus recensuerimusq̄ nunc vobis, quæ quondam à sacerdotibus tradita, à Solone huc aduecta fuerūt, videbimur theatro huic, vt arbitror, satis officio nostro functi. Hoc itaq̄ iam agendū, neq̄ vltà cunctandū. Primum aut̄ cõmemoremus summã esse annorum nouè milium ex quo bellū extitisse traditum est inter eos oēs qui vltà, & eos qui circa colūnas Hercules habitabant, quod in p̄sentia enarraturi sumus. Horū quidem dux fuit hac ciuitas, bellumq̄ oē, vt dicitur, confecit. Illorum aut̄ insule Atlantica reges, quã insulam Libya Asiaq̄ maiore fuisse quandoq̄ perhibuimus, postea verò cœnũ ibi inuicũ submersa insula ex terræ cõfusione relictum, quod quidem hinc illuc altũ in mare nauigãtibz obstat, ne vltà enauigare liceat. Gentes quidè barbaras, q̄ tunc erant, Græcasq̄ generatim orationis ipsius progressus passim prout occasio dabitur, enarrabit: Atheniensium aut̄, qui tunc erant, aduersariorumq̄ vires in primis respublikasq̄, & belli ordinè atq̄ successum exponere decet. Horū verò ipsorū, nostra primū narrabimus. Dii quondã vniuersa terræ orbè sigillatim sortiti sunt, in regiones singulas distributū. Neq̄ partitionè hanc contentio fecit. Nã procul à rōne id esset: quod dii vel q̄ vnicuiq̄ ipsorū conueniūt, ignorarent: vel cognoscentes quæ potius alijs competunt, aliena iura vicissim vsurpare contenderent. Ceterū iudicij inuisq̄ sortibus sua quicq̄ ad votū suscipientes, curantesq̄ amicorū singula, regiones habitandas disposuerūt. Hosq̄ veluti greges ipsorum possessionesq̄, & armenta nutrire, hoc tamen excepto, quod corporibus corpora cogere noluerunt, quemadmodum plagis pecora iumentaq̄ pastores solent. At verò tanquam docile & obe-

diens animal, quasi ex puppe nauem agilem dirigentes, persuasione pro gubernaculis vtebantur, eaq̄ aĩ am attingebant, & pro arbitrio suo ita ducentes mortale genus oē gubernabant. Et alij quidem dij aliorum locorum gubernationem sortiti ea instituebant: Vulcanus aut̄ Mineruaq̄ naturam habentes cõem, tum quia eodem ex patre sunt, tum quia per sapientia studium perq̄ artium diligentiam ad eadem tendunt, ita cõem sortem hanc nacti sunt regionè, vt potè virtuti prudentiaq̄ natura propria atq̄ congruã: procreantesq̄ in ea viros indigenas admodum generosos, eorum mentibus reip̄ ordinem infuderūt. Quorum duntaxat noĩa supersunt: opera verò eorū qui successerunt interitu, & longo temporum interuallo, è memoria hõrum deleta sunt. Semper. n. superstes hõrum genus, vt in superioribus diximus, montiuagum atq̄ rude, cui potentum in regione virorum nomina solum audita. At præter hæc ex rebus gestis exigua quedam nota fuerunt. Quapropter filijs suis posteri quodam amoris affectu nomina præcorum imposuerunt, virtutum legumq̄ superiorum ignari. nihil enim de his habebant præter famam, & eam non satis certam. Cum verò multa per secula rebus ad victum necessarijs indigerent, ipsiq̄ & filij mentem his adhiberent, quorum penuria premebantur, deq̄ his verba facerent, rerum antiquarum memoriã neglexerunt. Confabulatio enim præcorumq̄ rerū inuestigatio in ciuitatibus cum otio simul oriri consueverunt, cum necessaria vitæ parata iam sunt, prius verò nequaquam. Atq̄ ita præcorum nomina sunt absque operibus reseruaata. Dico aut̄ hæc ita coniectans, quoniam inquit Solon sacerdotes illos in veteris belli narratione plurima inseruisse nomina posteris per similia, vt Cecropem, Erechtheum, Erichthonium, Erisichthonem, aliaq̄ ex his quæ supra Theseum memorantur. Mulierum quoq̄ nomina similiter atque opera eadem, deaq̄ Palladis figuram & statuã, ita vt belli studia viris tunc essent mulieribusq̄ cõmunia. Nempe ea tempestate armatam deã palãm cultam fuisse, exemplum daturam omnibus, quod in singulis animalium gregibus, mas, sceminaq̄ sortis eiusdem, pro generis cuiusque virtute ita natura instituta sunt, vt aggredi omnia communiter valeant. Habitantibus profectò tunc in hac regione alia genera ciuium, qui in artium operibus & agricultura versabantur. Milites autem à diuinis viris principio segregati seorsum vtebant, habentes omnia tum ad alimenta, tum ad educationem conferentia. Quorum nullus proprium aliquid possidebat. Nam communia inter se cuncta existimabãt. Vltà verò victus ipsius sufficientiam nihil ab alijs ciuibz exigebant, exercebantq̄ ea omnia quæ heri de custodibus quos descripsimus, exposita sunt. Quinetiam verè illud & probabiliter de regione nostra est dictum. Primum quidem illis temporibus fines suos hinc quidem ad Isthmum habuisse porrectos: istinc verò versus Epirum ad summum Citharonem atque Parnethen. Qui fines ipsi descensu ad dexteram Oropiam attingant, ad sinistram versus mare, Asopo excluso. Virtute verò vniuersam terrã ab hac exuperatã fuisse traditur. Quapropter potuisse tunc regionem hanc, vniuersum accolarum exercitiũ alere. Argumentum planè virtutis eius euidentissimum, quia quod ex ea reliquũ est, cum quauis alia hoc ipso certare potest, quod & fert omnia, & fructus

profert optimos, pascuisq; abundat animali cuiq; accom-  
modatis. Tunc vero non modo speciosa hac oia, sed etiam  
vberima producebat. Quanam rone id probabile? Qui-  
busue indicis has esse reliquias illius terra coniectari pot?  
Omnis ab alia continenti in pelagus longa velut promon-  
toria porrigens iacet. Quam altitudo maris proxima pas-  
sim profunditate circumdat. Cum itaq; multa ingentiaq;  
diluua annorum nouem milium intervallo praterierint,  
tot .n. ex illo tempore ad praesens anni fluxere, tellus his  
temporibus colluuiionibusq; e sublimioribus locis defluens,  
ne collem quidem, ut alibi locorum solet, accumulauit,  
dignum saltem mentione: & semper circū desides in pro-  
fundum occultitur. Quapropter relictā sunt, quemadmo-  
dum in angustiis insulis praesentia hac, si cum illis conse-  
rantur, quasi corpore per morbum extenuato ossa deterfa  
nudataq; terra molli quondam & pingui: solumq; tenue  
corpus atq; aridum mansit. Olim integra terra altissimos  
montium colles habebat: & agri qui nunc Phellei nomi-  
nantur, solo pingui fertiles erant. Sylua in montium  
Vertice frequens. Cuius nunc etiam coniectura quadam  
apparet. Sunt enim montes nonnulli, qui solas nunc a-  
pes pascunt, olim vero nec multo tamen anteacto tem-  
pore ingentes inde incisa arbores operimentis & conti-  
gnationibus conficiendis aptissima. ex quibus adium  
amplissimarum structura adhuc extant. Erant & alia  
multae arbores domesticae, mites atque procerae. Quinetia  
pascua pecorum vberima. Praeterea regio hac quotannis,  
ab Ioue frugiferam pluiam hauriebat. Neque ut nunc  
per decliue praeruptumq; effusa ex terra in mare aquam  
fundebat, sed hanc absorptam tenaci quadam concauita-  
te e sublimibus venientem recondens combibensq; in vi-  
scera demittebat. Vnde passim iuges fluuioꝝ fontiumq;  
riui scaturiebant, quorum etiam nunc in veteribus fon-  
tibus sacra quadam signa relictā conspiciuntur. Qua-  
propter in praesentia de his vera narrantur. Atque haec  
erat regionis huius conditio. Excolebatur praeterea tunc  
ab agricultoribus, ut consentaneum est, & veris & ad  
eadem hac intentis, ingeniosis profecto viris & honesto-  
rum admodum studiosis, solum fertile nactis, aquam  
copiosissimam, temperiem aeris singulis anni temporibus  
saluberrimam. Vrbs autem eo tempore sic instituta erat.  
Primo quidem arcis tunc alia quam nunc erat dispositio.  
Nunc enim vna saltem nox pluuiosa, tenue solum cum  
liquefecisset, terramotum induxit. & ante illud Deu-  
calionis exitium, tertia prius illuione fatali. Superiori  
vero tempore magnitudo eius usque ad Eridanum illis-  
sumq; protensa Pnycem intus & Lycabetum comprehen-  
debat, terminum e regione Pnycis habens. Erat glebo-  
sa omnis, paucis locis exceptis a superiori parte plana.  
Habitabantur exteriora eius ad lauam ab artificibus  
agricolisq;, qui proxime agros colebant. Superiora mi-  
lites soli prope Minerua Vulcaniq; templum inhabitab-  
bant, veluti adis vnius Viridarium vno ambitu circun-  
dantes. Loca enim eius ad Boream versa colebant, qui  
communes ades, atque coenacula quibus hyeme vtun-  
tur, parabant: & quaecunque communi ciuitatis vita  
conueniebant, tum has, tum sacras, sine auro & argen-  
to omnia extruendo. Nulla siquidem in re vquam his  
vtebantur. Verum medium inter superbiam illibera-  
litateq; secuti honestas habitationes struebant, in qui-

bus & ipsi consenscentes & nati natorum eas posteris si-  
bi similibus relinquebant. Hortis vero gymnasijsq; &  
coenaculis austrum versus expositis vtebantur aestate.  
Erat fons vnus, vbi nunc arcis est locus. Quo ob terra  
motum exhausto, riui circū exigui relictī sunt.  
Tunc autem affatim omnibus liquorem sugerebat irri-  
guum: cuius erat aestate atque hyeme temperies saluta-  
ris. Hac illi ratione loca hac habitabant, ciuium quidem  
suorum custodes, ceterorum vero Graecorum volentium  
duces, obseruantes in primis ut semper idem illorum es-  
set numerus. Virorum videlicet sceminarumq; iam in re  
bellica fortium: neq; minor erat vquam numerus mili-  
tum quam viginti milia. Cum igitur tales illi essent,  
semperq; ratione huiusmodi patriam suam & vniuersam  
Graciam iuste administrarent, per omnem Europam &  
Asiam, tam egregio corporis habitu, quam innumeris  
animi dotibus omnium, qui tunc erant, probatissimi &  
clarissimi habebantur. Deinceps quales aduersariorum  
ab initio res fuerint, nisi forte, quae pueri audiuimus me-  
moriam exciderunt, vobiscum tanquam amicis communi-  
cabitur. Sed antequam referam admonendi estis, ne mi-  
remini si plurima barbarorum noia Graece nunc audierit-  
is. Id .n. ex eo contigit, quia solo cum cogitaret illa car-  
minibus suis inserere, vim ipsam est noium perscrutatus,  
inuenitq; primos illos Aegyptios harum rerum scriptores  
in linguam suam ea noia transtulisse. Quare & ipse rur-  
sus vniuersumq; nois sensum accipiens, in vocem nostram  
conuertit. Atq; haec scripta apud auum meum erat, &  
nunc apud me sunt, cogitata iam olim puero mihi. Si er-  
go talia nunc audieritis nomina, qualia apud nos sunt,  
ne miremini: nam huius rei causam intelligitis. Longa  
vero oratione sit opus, si a principio narrē id quod iam an-  
te dixi: de sortitione deoꝝ, ut terra inter se vniuersam  
distribuisent, partim in ampliores portiones, partim  
angustiores, templaq; & sacra sibi instituisent. Sanē  
Neptunus insulam sortitus Atlanticam filios ex morta-  
li femina in quodam insula loco progenit huiusmodi.  
Secus mare plana erat, sed i media insula planities erat,  
qua omnium speciosissima feracissimaq; dicitur extitisse.  
Prope planitie rursus in medio mons erat breuis, stadys  
quinquaginta distans: hic a quodam eorum qui princi-  
pio terra nati sunt, noie Euenore colebatur. Is ex Leucipe  
uxore Clitonem vnicam filiam genuerat. Parentibus  
mortuis & matura iam puella, Neptunus eius desiderio  
captus illi se miscuit, circūsepsitq; colle quem habitabat spi-  
ris aquae circūfluis terraeq; zonis alterne, partim amplio-  
ribus, partim angustioribus. Ex quibus duo quide terra,  
tres vero maris fuere circuitus, qui veluti torno descripti  
pari vndiq; intervallo per insulam mediam distabant,  
inaccessibilemq; hoibus collem ipsum reddebant. Neq;  
tunc naues erant, neq; nauigandi peritia. Ipse vero ut-  
potē deus facile mediā insulam exornauit, humoremq;  
duplicis aquae frigidae & calidae ex terra abditis per fon-  
tes exteriores erūpere, alimentā itē varia & abundantia  
per terras pullulare iussit. Quinq; praeterea masculoꝝ filio-  
rū partus geminos progenit & nutriuit. Atq; oem A-  
tanticā insulā decē in plagas partitus, primo genito ma-  
ternā habitationē & plagam q; circūm erat tribuit, ma-  
ximā profecto sortem atq; potissimam: Regemq; illū sta-  
tuit reliquorum, ceteros vero multarum gentium regio-  
numq;

numq; principes. Singulis imposuit noia. Primogenitū quidem vocavit Atlantem, totius insula regem. Vnde & pelagus cognominatur Atlanticum. Eum Verò qui eodem partu statim illum secutus est, patria voce Gadirum, quem Græcè dicimus Eumelum. Qui extremas insula partes ad columnas Herculis est sortitus, suoz locū nomine Gadiricum nuncupavit. Secundi partus unum Amphorem, alterum Eudæmonem nominavit. Tertij, primum natum Mnescum, secundum Autochthonem. Quarti autem Elaspippum priorem, Mestorem Verò posteriorem. Quinti demum, primum Azæm, Diaprepè Verò secundum. Hi omnes posteriq; ipsorum multa ibi secula habitaverunt, multis per mare insulis alijs dominantes, etiam his qua Aegyptum vsque Tyrrheniamq; habitantur, ut prædiximus. In maxima certè generatione uniuersum Atlantis erat genus, semperq; rex antiquior regnum primogenito relinquebat. quod imperiū multa per secula conseruauerunt. Tanta Verò illis diuitiarum copia, quanta nullis antea regum superiorum fuerat, nec ullis unquam posterorum facile comparabitur. Structa ordinataq; illis erant in ciuitate totoq; regno omnia, quorum vsus expetitur. Multa quidem ad eos extrinsecus propter imperium accedebat, permulta quoq; insula ipsa ad omnem vita vsum pertinentia producebat. Primum quidem omnia quacunq; ex terra visceribus eruuntur, & q; solida permanent, & qua funduntur, quòd nunc nominatur solium, tunc certè plurimum effodiebatur Orichalcum multis ex insula locis insigne metallum, tunc apud eos ceteroz excepto auro preciosissimū. Et quacunq; sylua producit architectis, ferebat abundè. Pascua quin etiam a antibus tam feris, quam domesticis suggererat. Elephantum præterea ingens ibi copia. Alebat nempe sufficienter, quacunq; per paludes, lacus, & flumina, siue montes agròsue pascuntur: & hoc quoq; vastū aaliū genus & voracissimū. Tū q; nunc tellus nunc odorifera nutrit, radices, gramina, ligna, liquentes succos, flores ac fructus. Suauem præterea vitis humorē & solidū alimentū, quibus ipsi nutrimur. Illa item quibus pro cibo vtimur & obsonij gratia, qua legumina vocitamus. Necnon liquores ex arboribus atq; escas ad sitim famemq; extinguendā. Neq; deerant his vnguenta. Accedebant & deliciarū gratia fructus variarum arborū copiosissimi. Aderant quoq; satietatis solatia bellaria, laborantibus grata. Hac oia insula q; quondā erat, sacra, speciosa, miranda, vberissima producebat. Atq; hac colligentes ex terra, tēpla, & regias ades, portus, naualia, et uniuersam regionē struebant hoc pacto spiras illas maris, qua antiquam circūdabant metropolim, disponentes. Primo quidē cōstructis pontibus transitū ad exteriora & ad sedem regia præbuere, vbi in dei ipsius maiorumq; suoz sedibus statim ab initio regias ades edificauerunt. Alterq; ab altero ornata suscipientes cōtinua successione superiores in exornando pro viribus superabant, quoad moles magnitudine decoreq; mirandas fabricauerunt. Fouea porro à mari ad extimū circulū deduxerunt, qua tria iugera in latitudine protendebatur, centū pedes in altū, in longum stadia quinquaginta. Atq; ut ex hoc mari ad circulum illum velut ad portum applicare naues possent, effecerūt patefacto illius ore, ut naues maximas caperet. Zonas itē terra, quibus spiras maris distinguebantur, pontibus secu-

erunt, ut vna triremi navigare ex alia in aliam liceret. supra Verò texerunt, ut tractus nauigio esset. Terrenarum nanque zonarum labra alta, mare supereminabant. Maximus planè circuitus per quem inūdabat mare, latitudine stadia complebat tria: proximus huic orbis terra prorsus equalis: sequentium Verò duorum, aqueus quidem orbis stadia duo, terreus autem humido pcedenti rursus equalis, stadium deniq; unum, qui ipsam insulam in medio positā circūdabat: Insula Verò in qua regia erat, diametris, stadia quinq;, & hanc circū orbisq; & pontē latū ad pletri mensurā hinc atq; inde muro quodā lapideo clauserunt, turres portasq; in singulis siue per pontes secundū maris transitus fabricantes. Saxum tum medijs insula edificijs, tum spiras illis intus forisq; construendis sub insula circūquaq; eruebatur, atrū, candidum, rubrū, q; latomia, obiter cauitate petra, naualia duo egregia pbebant. Aedificia Verò partim simplicia, partim è varijs coloris lapidibus fecerunt, ipsa varietate voluptatem secuti. Eius insuper muri, qui exteriori orbē claudēbat, superficiem oēm are tenui vestierūt: eius Verò qui interiorē, stanno: eius deniq; qui circūdabat arcē, orichalco igneo fulgore corrusco. Regia Verò ipsa intrā arcē, ita constructa. In medio sacrū & inaccessible Clitonis Neptunij templū, aureo ambitu circūdatum. Illuc à principio conuenientes genuerunt decem regum genus, atq; ibidem quotānis ex decem regionibus cōgregati vnicuiq; illorū sacra solēnia peragebat. Erat Neptuni templum stadiū unum longū, iugera latū tria, altum Verò quantum longitudo eius latitudog; exigere videbantur. figura eius speciesq; barbarica. Exteriora pter suprema fastigia argēto oia exornauerunt. Nā culmina ipsa & apices, auro. Intus autē loquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco variè calata conspiciantur. Verū parietes, colūnas, pauimenta orichalco exornauerūt. Statuas quinetiam ex auro erexerūt. Deū quidem curru insistentem, tenentemq; equoz alatorū habenas, laquearia alta ceruice tangente. Circa hunc delphinis insidentes Nereides centum. Tot. n. esse tunc existimabatur. Aderant & statua donariaq; complurima priuatorum. Extrinsecus extabant imagines aurea mulierum oium regiarum, virorumq; quicunq; ex generibus decem descenderant, multaq; & ingentia simulacra donariaq; alia regum & priuatorum tum ea ex vrbe, tum ex alijs eorū imperio subditis. Aderat item altare magnitudine & artificio quod ad reliquū apparatū spectabat, decentibus. Eadem rōne & regia tam amplitudini regni, quam ornamentis sacris conuenientia. Vtebantur aut fontibus tā calidis, quam frigidis, iugis scaturigine exuberantibus, quibus inerat ad virūq; vsum mirifica cum iucunditate salubritas. Porro circa fontes habitationes cōstructa erāt, & arbores consista, receptacula quoq; aquarū circūposita, partim quidem sub diuo patentia, partim Verò sub recto calidis lauacris hyberno tempore accommodata, regia seorsumq; priuata, atq; alia mulieribus, alia item equis, ceterisue iumentis. Decens planè & conferens vnicuique seruabatur. Defluū Verò irriguumq; humorem in Neptuni deduxere lucū, ob fecunditatem soli, arboribus varijs & altitudine speciesq; mirandis refertum. Atq; inde in exteriorē circuitum per aqueductus iuxta pontes deriuauerunt. Vbi templa multa delubraq; deorum, viridaria,

ria, atq; gymnasia, partim hominum, partim equorum, seorsum in Vtraz orbium insula. Sed circa mediam insulam oïum maximam præcipuus erat hippodromus. Cuius latitudo stadium, longitudo per oëm circuitum porrigebatur ad equestre certamen. Circa hippodromū Vtring, erant stipatorum custodumq; disposita domus. Fidis quidem militibus intra ipsum angustiore circuitum arcum quam proximum, comissa custodia: his aut qui cateris oïbus fide maxime præstabant, in arce ipsa, circa reges habitationes concessa, Naualia præterea trirremibus, omnibusq; ad eas pertinentibus instrumentis referta, singulaq; sufficienter exposita. Atq; hic erat regiarū adium apparatus. Transcunti verò portus qui foris tres erant exteriores, apparebat circūquaq; murus à mari incipiens Valli instar, & stadijs quinquaginta ab amplissimo circulo ac portu Vndiq; distans, qui ad os foueæ quod versus mare erat, redibat. Totum verò id colebatur. & reliquū quidem spatium multis & frequentibus edificijs abundabat, sinus aut ipse portusq; latissimus plenus erat nauibus mercatoribusq; Vndiq; confluentibus. Vbi ob frequentem turbam die nocteq; clamor continuus ac strepitus ingens audiebatur. Atq; ita de Vrbe & antiqua sedis dispositione, ut olim traditum est, in præsentia iam retulimus. Deinceps verò comemorare conabimur que natura quiue cultus reliqua regionis extiterit. Principio locus oïis editus admodum, iuxta mare abruptus. Regio verò circa Urbem cæpestris oïis, ambiens quidē Urbem, ambita verò ipsa montibus à mari surgentibus facilis & aquabilis. Eius longitudo tota in alteram partem erat stadiorū ter mille: à medio verò supra, vsq; ad mare millium duorū. Situs aut insula ad austrum vergebat, ab excelso ribus locis Boreæ expositus. Montes eius frequentia, altitudine, pulchritudine oïes qui nunc extant, exsuperabant. In eis vici complurimi accolarum, atq; ditissimi. Neq; deerant amnes, lacus, prata, quibus animalia oïa tum fera, tum domestica abundè nutriebantur. Sylua item crebra ac varia singulis operibus materiam affatim suppeditabat. atq; ita locus ille tā natura dispositus, quam multorum regum diligentia opibusq; longo tempore erat excultus. Quadrata regio fuit plurimū recta in longū vergens, sed propter foueā circūerutam recta amissa figura. Cuius profunditas, longitudo, & amplitudo incredibiles dictu. Impossibile nanq; videtur tam vastum opus, cum alijs collatum operibus, manibus hoïum esse factum. Dicendum tamen quod audiuimus. Iugeri vnius erat profunditas, latitudo oïum stadium: cumq; esset per vniuersum cæpum acta, longitudo eius stadiorū decem milia. hæc sanè fluenta ex montibus demanantia suscipiebat, perq; agros reuoluta ad Urbē hinc atq; illinc perueniens, hæc tandem erumpebat in mare. Desuper aut ab ipsa lata pedes centum foueæ, recteq; excisa per agrum rursus in foueam mari proximam demittebantur: Altera verò ab altera stadijs centū seiungebatur. Deducebant ex syluis ligna in Urbem, & alia suis quaq; collecta temporibus duplicibus per foueas nauibus: fouearum. n. tractus oblique sese vsq; ad Urbē intersecabant. Geminos ex terra fructus ac fruges annis singulis colligebat: hyeme quidem Ionis beneficio pluuijs tellus madebat, æstate riuus ex aqueductibus irrigabatur. Circa numerum verò virorum in campestri regione ad rem militarem vtilium

hic erat ordo, ut suum quaq; ducem pars eligeret præberetq;. Partis autem cuiusq; magnitudo decies decem stadia: vniuersorum verò numerus, milia sexaginta. Sed eorum qui montes & alia loca colebant, infinitus: per loca verò & plagas in huiusmodi sortes secundum duces distributi erant cuncti. Igitur institutum erat, ut dux in bellum inferret sextam curruum bellicorum partē, ad milia curruum decem, equos binos, & equites, rursusq; bigam absq; sella. Vbi esset & qui paruo clypeo munitus descenderet, & qui ambos habens vicissim regeret equos. Armigeros item binos, & sagittarios & funditores Vtring binos: leuis armatura milites, iactatores lapidū, iaculatoresq; tres Vrosq;. Nautas quattuor, ad ducentarum milium nauium complementum. Hac itaq; ratione in regia ciuitate erant res bellicæ preparatæ. Reliquarū verò nouem Urbium apparatus alibi aliter, & aliter habebat, quarum rerum prolixior narratio sit. Magistratus aut honoresq; sic erant principio instituti. Vniquisq; decem regum in sua prouincia, suaq; in ciuitate hoïbus, tum etiam legibus plerisq; dominabatur, puniebatq; pro arbitrio vnumquēq;, ac morte damnabat. Imperium profecto & cōmunio inter illos secundum Neptuni mandata dirigebantur, quemadmodum leges illis, & litera nunciabant à maioribus in columna quadam ex orichalco circa medium insula, in templo Neptuni ipsius inscripta. Illi igitur quinto & per vices sexto quoq; anno conueniebant, tam pari quam impari aquam partē distribuentes. Congregati verò de publicis rebus deliberabant: diligentiq; examine iudicantes, siqua in re præuaricatus quis esset, damnabant. Cum igitur foret iudicium ineundum, tali se iuramento inuicem astringebat. Nam cum essent in templo Neptuni soluti tauri, ipsi decem seorsum ab alijs vouebant deo gratam illi victimam se sine ferro capturos. Vnde lignis & laqueis solis venabantur. Et quemcunque ceperant taurum, ad columnam tractum, in eius columnæ vertice, vbi scriptis erat mandatum, protinus iugulabant. Extabat autem in columna præter leges iuramentum execratioque terribilia his qui non parerent imprecans. Quando itaque sacrificijs de more paratis, iam crematuri erant singula tauri membra, impleto cratere guttam sanguinis pro vnoquoque infundebant. Reliqua dabant igni, lustrantes columnam. His denique actis, phialis aureis haurientes ex cratere & super ignem libantes iureiurando in terposito promittebant iudicatos se secundum inscriptas columnæ leges, puniendosque eos qui antea deliquissent: Præterea literarum illarum normam spontè nunquam se transgressuros. Addebant neque præter patris ipsius leges, vel imperaturos se vnumquam, vel imperanti obdituros. Hæc vniquisque illorum sibipsti posterisque precatus, bibensq; & offerens deo phialam, ad cœnam se & necessaria conuertebat aduentante nocte: igneq; Vltimarum ferme iam extincto, singuli ceruleam colore, & quam pulcherrimam induti vestem, ac penes hostias ambustas humi sedentes noctu, totumq; ignem in sacris accensum extinguentes, indicabantur simul & indicabant, siquis eorum quæpiam tanquam legum transgressorem accusauisset. Postquā verò iudicauerant, diesq; illuxerat in aurea tabula sententias insculptas, eas vnicuique vestibus monumenta futura posteris, suspendebant.

Leges

Leges autē & alia multa circa sacra, regum proprie singulorum, sed haec praecipue. Ne unquam sibi inter se bellum inferrent, imò succurrerent omnes, si quis aliqua in ciuitate genus ipsorum regium extirpare aggrediretur. Cumq; in comune quemadmodū superiores, de bello deq; caeteris actionibus deliberassent, imperij ius Atlantico generi tribuebant. Ceteris autem auctoritatem aduersus aliquem cognatorum, regi non concedebant, nisi plures ex decem quam quinq; in eandem sententiam conuenissent. Talem itaq; tantamq; potentiam qua in illis tunc erat locis deus certo quodam ordine ad haec rursus loca deduxit, tali quadam, vt fertur, occasione. Multa sanē per secula, quoad natura illis diuina perseuerauit, legibus obediēbant, et erga diuinum genus ipsis cognatū benignē affecti erant. Magnifica namq; illorum animis, & vera cogitationes inerant. Vnde & modestia utebantur, prudentiaq; & in his qua aliunde & qua inter se incidissent. Quocirca spernentes praeter virtutem omnia, praesentia parui faciebant, neq; efferebantur, sed tanquam onus quoddam existimabant, auri ceterorumq; copiam. Neq; velut ebrj gemino ex alimento facti in aliquo per incontinentiam aberrabant: imò verò vt potē sobrii acutē cernebant haec omnia cōmuni ex amicitia vna cum virtute incrementum suscipere: horum verò studio & admiratione, disperdi haec, & virtutē amicitiamq; deficere. Quoad in eis mens talis & natura diuina viguit, creuerūt qua supra narrauimus omnia, postquam verò diuina fors in eis longo abusu crebrisq; mortalium rerum affectibus inquinata euauit, mosq; humanus prauauit, tunc primum quia non possent ferre praesentia, dedecori succubuerunt. Nam apud eos qui cernere poterant, turpiter affecti existimabantur, cū pulcherrima ex preciosissimis perdidissent. Qui autē rectam ad beatitudinem viam inspiciere non valebant, ij eos praecclaros beatosq; putabant maxime, cū maxime iniqua plus habendi cupiditate & uolentia abundarent. Tunc sanē deus deorum Iupiter qui regit omnia legibus, quiq; potest haec talia cernere, cum de prauari generosam stirpem animaduertēret, hominesq; eos punire vellet, vt adepti temperantiam modestiores cocinioresq; euaderent, deos omnes in sedem eorum honoratissimam conuocauit, vnde tanquam ex medio mundi throno, quacunque generationi subiecta sunt, conspiciuntur. Vocatoq; concilio sic est exorsus.

DEEST FINIS DIALOGI.

PLATONIS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVMLATIONE, VT LIBRI VNVS, DIALOGVS PRIMVS.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



**S**ISTERE. Praeterea disciplinam tam Pythagorae speculatiuam, quam

Socratis moralem, à cōmuni hominum consuetudine videri remotiorem. Platonis verò doctrinam speculatiuam pariter et morale, ubiq; ita diuinum cū humano contemperate, vt & cōmuni hominum consuetudini facile possit accommodari, & simul homines ad diuina eterna; conuertere. Neque verò putandum est propterea Platonem à Pythagora & Socrate, quos quasi numina colit, esse diuersum, sed mixtum potius, atque vtriusque ingenij quasi quendam, vt ita loquar, diuini ad humanum moderatorem, vt quodammodo dici possit, in illis quidem ingenium duntaxat diuinum fuisse, in Aristotele verò & ceteris post Platonem philosophis humanum tantum, sed in Platone diuinum pariter & humanum. Quorsum haec? Vt meminimus praesentem legum dispositionem, quoniam ab ipso Platone non per Pythagoricam personam, vel Socraticam vt solet cetera, imò verò per propriam Platonis ipsius personam nobis traditur, non iniuria viam quandam inter diuina & humana mediam obtinere, neq; nos per abditam et in uia quaedam trahere, neq; tamen ad inferiora deducere. Quamobrem decem illi de Rep. libri Pythagorici magis sint atq; Socratici: praesentes verò leges magis Platonicae iudicentur. Illa Respublica uouentis fuerit & optantis, dispositio praesens sit eligentis: ut qui in arduum illud ascendere nequeunt, ad hos saltem eminentiores colles non dedignentur accedere. Considera quanta diligentia humane salutis noster Plato prospiciat, qui non solum per ardua vult videri hominibus admirandus, verumetiam per decliua quaedam facili & propitius esse omnibus atque salutaris. Hic ergo non cogit homines si noluerint inter se facere cuncta cōmunia, permittet vt fieri solet propria singulos possidere. Neque tamen cautissimus auriga noster omnino laxabit habenas. Nam praeter summam aliarum diligentiam legum, prudentissimē sanciet, ne cui liceat ultra certum & illum quidem mediocrem terminum census amplificare, ne alijs quidem copia nimia, alijs obsit inopia, ne cogantur, id quod miserabile esse putat, multi inter patrie suae vlnas esse mendicet. Quod autē persona hic Platonis sub ipso Atheniensis hospitis nomine, & id quidem modestiae gratta lateat, legenti deinceps ex multis perspicue apparebit, ex eo praecipue, quod affirmabit se geminas traclusisse Respub. Conditurus autē leges Graecis, iure à tribus Graecarum legum optimis conditoribus leges accipit, Minoe, Lycurgo, Solone, adimens, addens, mutans, inueniens: atque ita optimam ex cunctis cōponit formam. Et quamuis ab initio constituat ciuitatē & regulam gubernandi, tamen legum positionem nominat potius quam Rempub. Quoniam in ea ciuitate in qua possessiones sunt propria singulorum, propter varias controuersias, lites, iniurias, multū opus est legibus. In quibus constituendus admirandū simul & clementissimū notabis diuini Platonis ingenium. excogitat enim insignis benignitate vir singulis legibus proemia quaedam exhortatoria, quibus humanissimē ciues adducti, libenter parere velint, ac sponte velut filij legum illis obtemperant, quibus alij solent quasi tyrannis inuiti parere, ac pro viribus vel fraude vel violentia earum imperium subterfugere. Addit verò post multa etiam minas, addit & penas propter illos, qui patriam suā, non matrem iudicant, sed no uercam. Descendemus iam ad primi Legum dialogi proprium argumentum, si prius oēs admonuerimus, vt Dialogum Minoem, argumentumq; illius legant, antequam ad has leges accedant. Accedant inquam tanquam & lectionibus eas diligenter obseruaturi, & actionibus penitus seruaturi. Alioquin nisi his obediērint, intelligat se post tam exactam iustitiae iniustitiaeque notitiam & minori excusatione & maiori crimine peccaturos. Atheniensis hospes. i. Plato, profectus in Cretam propē Cnosum offendit Megillum Lacedaemonium, & Cliniam Cretensem, quem vna cū nouem alijs Cnosij accersuerant, vt coloniam inde deducerent, urbem conderent, eiq; leges darent. Hi ergo duo ad sacrum Iouis antrū consulturi de hoc accedebant: his factus obuius Atheniensis hospes, quidnam acturi irent in terrogauit. Illi leges excogitatos esse se responderunt. Verum cū multa de legibus interrogati ab hospite, quaestionem haud satis absoluerent, & hospes illis ad leges aptissimus uideretur, obsecrauerūt eum, vt ad ciuitatem legibus instituendā vna cū ipsis adiutor accederet. Obtemperat ergo hospes, & ante omnia principium à quo & per quod leges ad homines peruenerunt, exponit, deum scilicet atque philosophū. Deinde legum perquiri sinem, docens eiusmodi sinem fore tranquillam animorum ciuiliū puritatem, veritatis contem plationi quoad fieri potest sufficientem. Tertio ad ipsam legum formam materiamq; descendit. Leges autē à Deo hominibus inspirari, testis est omnis antiquitas, testes & multi Platonis libri, testes & rationes nostrae in multis dialogorum argumentis adductae, atque in Theologia nostra, ubi de religione agitur, confirmatae. Profecto si natura quae nihil aliud est quam infimum diuinae prouidentiae instrumentum, atque ubique prouide videtur incedere, non ducit ipsam seipsam, sed ab ipsa prouidentia ducitur, sinis omnium ordinesq;

Legum poemia exhort.